#

Augustus Tertius Dei Gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Litvaniæ Russiæ Prussiæ Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ, Czernichoviæq. nec non Hæreditarius Dux Saxoniæ Princeps et Elector.

Significamus præsentibus literis nostris, quorum interest Universis et Singulis. Quod quamvis iam satis abunde cum ad Regni hujus Clavum et gubernacula Vocaremur circa inaugurationem nostram Omnia Omnium Statuum et Ordinum Regni nostri Subditorumq. nostrorum Jura, Privilegia et Libertates Confirmaverimus, tamen Justis humillimisq. Supplicationibus Civium nostrorum Radziejoviensium adducti hoc ipsum iterum repetere, et quod generaliter Omnibus fecimus idquoq. in præsenti ipsis facere ab officio nostro non alienum esse Judicavimus. Quapropter omnia et singula Jura, Privilegia, Decreta, Immunitates, Libertates, Exemptiones, Concessiones, Donationes, Emptiones, Inscriptiones, et omnes Laudabiles, usuq. tentas Consvetudines, et generaliter Omnes et Singulas prærogativas, Literasq. quocunq. Tenore Verborum Conscriptas, quas ejus valoris esse volumus, ac si hic de Verbo ad Verbum insertæ inscriptæq. essent, prænominatæ Civitati Radziejoviensi a Serenissimis Olim Regibus et Divis Regni Poloniæ Prædecessoribus nostris juste et legitime datas, donatas, atq. concessas, Juri tamen Comuni et Legibus Divinis non Contrarias, nullis penitus exceptis tam in genere quam in Specie, generalitati per Specialitatem, et Specialitati per generalitatem non derogando, approbandum Confirmandum et ratificandum esse duximus, Uti quidem approbamus Confirmamus et ratificamus præsentibus, plene, integre, sufficienter, nihil diminuendo vel detrahendo, Decernentes easdem ratas, firmasq. validas inviolabiles, ac immutabiles, temporibus perpetuis esse debere, nec ullo unquam tempore infringi aut Labefactari à quopiam hominum posse, inquantum Juri Communi non Sunt Contrariæ. Quod Omnibus et Singulis cujuscunq. Status, gradus et Conditionis, hominibus quorum interest, et in posterum intererit, præsertim vero Capitaneis Loci illius præsentibus, et in posterum futuris notum esse volumus, Mandantes et Omnino habere volentes ut prædictos Cives Radziejovienses in Omnibus eorum Libertatibus, prærogativis, Juribus, et Privilegiis, ac Jurisdictione Conservent, Conservariq. ab aliis faciant, et manuteneant, In cujus rei fidem præsentes manu nostra Subscriptas Sigillo Regni Comuniri Jussimus Datum. Varsaviæ Die XXIV Mensis Augusti Anno Domini MDCCXLIV [illegible]



#

Augustus Tertius Dei Gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Litvaniæ Russiæ Prussiæ Ma-
zoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volchyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ, Czernicho-
viæq[ue]. nec non Hæreditarius Dux Saxoniæ Princeps & Elector.

Significamus præsentibus literis nostris, quorum interest Universis & Singulis. Quod quamvis iam satis abun-
de, cum ad Regni hujus Clavum & gubernacula Vocaremur, circa inaugurationem nostram Omnia Omnium
Statuum & Ordinum Regni nostri Subditorumq[ue] nostrorum Jura Privilegia & Libertates Confirmaverimus, tamen
Justis humillimisq[ue] Supplicationibus Civium nostrorum Radziejoviensium adducti hoc ipsum iterum repetere, & quod
generaliter Omnibus fecimus idquoq[ue] in præsenti ipsis facere ab officio nostro non alienum esse Judicavimus,
Quapropter omnia & Singula Jura, Privilegia, Decreta, Immunitates, Libertates, Exemptiones, Concessiones, Donationes,
Emptiones, Inscriptiones, & omnes Laudabiles, usuq[ue] tentas Consvetudines, & generaliter Omnes & Singulas prærogativas,
Literasq[ue] quocunq[ue] Tenore Verborum Conscriptas, quas ejus valoris esse volumus, ac si hic de Verbo ad Verbum inserte
inscriptæq[ue] essent, prænominatæ Civitati Radziejoviensi a Serenissimis Olim Regibus & Divis Regni Poloniæ Prædecessori-
bus nostris juste & legitime datas, donatas, atq[ue] concessas, Juri tamen Comuni & Legibus Divinis non Contrarias, nullis
penitus exceptis tam in genere quam in Specie, generalitati per Specialitatem, & Specialitati per generalitatem
non derogando, approband[um] Confirmand[um] & rathificand[um] esse duximus, Uti quidem approbamus Confirmamus & rathifi-
camus præsentibus, plene, integre, sufficienter, nihil diminuendo vel detrahendo, Decernentes easdem ratas, firmas, va-
lidas inviolabiles, ac imutabiles, temporibus perpetuis esse debere, nec ullo unquam tempore infringi aut Labefactari,
à quopiam hominum posse, inquantum Juri Communi non sunt Contrariæ. Quod Omnibus & Singulis Cujus-
cunq[ue] Status, gradus & Conditionis, hominibus quorum interest, & in posterum intererit, præsertim vero Capitaneis
Loci illius præsentibus, & in posterum futuris notum esse volumus, Mandantes & Omnino habere volentes ut præ-
dictos Cives Radziejovienses in Omnibus eorum Libertatibus, prærogativis, Juribus, & Privilegijs, ac Jurisdictione
Conservent, Conservariq[ue] ab alijs faciant, & manuteneant, In cujus rei fidem præsentes manu nostra Subscri-
ptas Sigillo Regni Comuniri Jussimus Datum. Varsaviæ Die XXIV Mensis Augusti Anno Domini MDCC[illegible]



#

Augustus Tertius Dei Gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lituaniæ Russiæ Prussiæ Ma-
zoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ, Czernicho-
viæq. nec non Hæreditarius Dux Saxoniæ Princeps & Elector.

Significamus præsentibus literis nostris, quorum interest Universis & Singulis. Quod quamvis iam satis abun-
de, cum ad Regni hujus Clavum & gubernacula Vocaremur circa inaugurationem nostram Omnia Omnium
Statuum & Ordinum Regni nostri Subditorumq nostrorum Jura, Privilegia & Libertates Confirmaverimus, tamen
Justis humillimisq Supplicationibus Civium nostrorum Radziejoviensium adducti hoc ipsum iterum repetere, & quod
generaliter Omnibus fecimus idquoq in præsenti ipsis facere ab officio nostro non alienum esse judicavimus,
Quapropter omnia & Singula Jura, Privilegia, Decreta, Immunitates, Libertates, Exemptiones, Concessiones, Donationes
Emptiones, Inscriptiones, & omnes Laudabiles, usuq tentas Consvetudines, & generaliter Omnes & Singulas prærogativas,
Literasq quocunq Tenore Verborum Conscriptas, quas ejus valoris esse volumus, ac si hic de Verbo ad Verbum insertæ
inscriptæq essent, prænominatæ Civitati Radziejoviensi a Serenissimis Olim Regibus & Divis Regni Poloniæ Prædecessori-
bus nostris juste & legitime datas, donatas, atq concessas, Juri tamen Comuni & Legibus Divinis non Contrarias, nullis
penitus exceptis tam in genere quam in Specie, generalitati per Specialitatem, & Specialitati per generalitatem
non derogando, approband Confirmand & ratificand esse duximus, Uti quidem approbamus Confirmamus & ratifi-
camus præsentibus, plene integre, sufficienter, nihil diminuendo vel detrahendo, Decernentes easdem ratas, firmas, va-
lidas inviolabiles, ac immutabiles, temporibus perpetuis esse debere, nec ullo unquam tempore infringi aut Labefactari,
à quopiam hominum posse, inquantum Juri Communi non sunt Contrariæ. Quod Omnibus & Singulis Cujus-
cunq Status, gradus & Conditionis, hominibus quorum interest, & in posterum intererit, præsertim vero Capitaneis
Loci illius præsentibus, & in posterum futuris notum esse volumus, Mandantes & Omnino habere volentes ut præ-
dictos Cives Radziejovienses in Omnibus eorum Libertatibus, prærogativis, Juribus, & Privilegiis, ac Jurisdictione
Conservent, Conservariq ab aliis faciant, & manuteneant, In cujus rei fidem præsentes manu nostra Subscri-
ptas Sigillo Regni Comuniri Jussimus Datum. Varsaviæ Die XXIV Mensis Augusti Anno Domini MDCCXLIV Regni vero Nostri XI Anno.

Augustus Rex

Confirmatio Generalis Jurium
Civitati Radzieioviensi.

Hyacinthus Ogrodzki
majoris Cancellariæ Regni
[illegible]

17.



Caspar Augusti [illegible] [illegible] [illegible] privilegiorum [illegible]
[illegible] et Libertatum [illegible] [illegible] 1744.

29

1744

